



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 8. Colloquium ab Henrico oblatum, atque a Scotiæ Rege rejectum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcu'. XVI. tentia, atque auctoritate augebatur, ut
 A.C. 1541. proin Jacobus V. hinc Lutheri affeclis
 Buchanan.
hist. Scot. Angliæ Regi faventibus cingeretur, il-
 linc vero se firmiter munitum crederet
 viribus Catholicorum, qui Henrico Re-
 gi toto studio aduersantes nullum non
 movebant lapidem, quatenus Scotiæ Re-
 gem eo inducerent, ut omnes ab avita
 Religione alienos castigaret, quorum
 partes ac consilia Jacobus etiam seque-
 batur.

§. VIII.

*Colloquium ab Henrico oblatum, atque
 a Scotiæ Rege rejectum.*

Cum igitur Angliæ Rex probe cognosceret, quod Jacobus Catholicorum, qui toto studio Sedi Apostolicæ adhærebant, studia sequeretur, haud parum vereri cœperat, ne hi tandem Regem suum eo inclinarent, ut aduersus Anglos cum summo Pontifice ac Cæfare armorum societatem iniret. Hic timor potissimum exinde augebatur, quod nullum ultra sibi præsidium repositum esse cerneret in Galliarum Rege, qui, licet veteri amicitia Anglis junctus esset, nunc a pristino suo in Angliæ Regem studio plurimum remiserat, ac Scotiæ aulam pro arbitrio moderari solitus erat. Hac igitur ratione permotus Henricus omnes dexteritatis artisque suæ fontes

ex-

exhaurire statuit, eo consilio, ut Scotiæ Sæcul. XVI.
 Regem ad suas partes pertraheret, eum-
 que eo induceret, ut is suo erga Sedem
 Apostolicam obsequio nuntium mitte-
 ret, quam in rem Henricus quemdam
 Deputatum ablegabat, qui Eboraci col-
 loquium haberi peteret. Evidem Ja-
 cobus propositioni factæ annuit, seque
 Ebo acum petiturum promisit, quinimo
 Henricus jamjam eo venerat Jacobi ad-
 ventum præstolaturus. Verum Scotiæ
 Regis amici Religionis Catholicæ stu-
 diosissimi funesta ejusmodi colloquii ma-
 la tanto rationum pondere eidem expo-
 nebant, ut promissam consultationem
 honesto prætextu eludere decerneret.
 Cum ergo jamjam Henricus Eboraci
 adventantem Scotiæ Regem exspecta-
 ret, derepente ad eum Scotiæ Rex lite-
 ras dedit, quibus ipse hujus colloquii
 opportunitatem subito præpeditam offi-
 ciosa excusatione exponebat. Verum
 hac repulsa Angliae Rex tantopere of-
 fendebatur, ut honori suo labem exinde
 inustam ratus, paulo post utrumque Re-
 gnum capitali inimicitia involveret,

§. IX.

*Sarisberiensis Comitissa Poli Cardi-
 nalis Mater extremo suppli-
 cio affecta.*

Ni-